

hanc molam, ut panem comedat celestem assume- tur, altera vero, qua permanferit caca, ad molam relinquetur, gyraudo in sua cecitate. Alioquin ille Sanfon fortiffimus nunquam ad hanc molam venif- fet, nifi prius gratiam Spiritus sancti, deinde oculos perdidiffet. Ergo duo in lectulo dicuntur; in quo mor- bo infirmitatis omnes verfamur.

Ioannis 3. n. 5. Respondit Iesus: Amen. amen dico tibi: nifi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in re- gnum Dei.

VERSIONES.

- Syriac. D. Nyffe- Nifi quis genitus fuerit nus orat. de ex aqua, & Spiritu san- Baptismate: ato, non potest ingredi Euthymius. regnum Dei. D. Ambr. lib. de Nifi quis renatus fuerit Spiritu sancto, per aquam, & Spiritum cap. 11. Tertull. lib. de Nifi natus ex aqua quis Baptif. c. 11. erit, non habet vitam. S. Iustinus Mart. Nifi renati fueritis, in Apolog. 2. ad regnum caelorum mi- Anton. Pium. nime vobis aditus pa- rebit. D. Cyrillus ierof. Nifi quis renascatur de lym. catech. 3. super ex aqua & Spi- ritu, non poterit. Anast. Sinai. Nifi quis fuerit genera- lib. 5. Hexae- tus ex aqua, & Spiritu, mer. Goffrid. non introibit in re- Abb. ferm. de gnum caelorum. resurrect.

EXPOSITIO.

78. NICODEMUS supremi Magistri senten- tiam ex eo non intellexerat, quia terre- nis rebus inherens, futuram regenerationem, quam Dominus praedixerat, tanquam carnalem percipiebat. Ideo bonus Magister, ut eum in sensu, intellectuque instrueret, ad radicem occurrit, & originem infirmitatis suae regeneratio- nem aperiendo, ac enucleando. Et ait: Amen, amen dico tibi, ut ipsa jurandi forma eum atten- tiorem faciat. Nifi quis, omnes comprehendit, ut observat Cajetanus. Omnibus necessitatem impo- nit, nullam excipit, nullam aetatem, nullum sexum, nullam conditionem, sed cuiuscunque differentia hominem, comprehendit. Optima legislatoris forma ad omnes indistincte fertur, renatus fuerit. Alij codices habent, natus, seu generatus; & idem est. Non dixit: Nifi quis baptizatus fuerit; sed natus novam in illo significans naturam, & ad differ- entiam eorum, qui externe tantum baptizantur sed non nascuntur filij Dei; quia obicem ponunt. Et dum ait, renatus, eodemque utitur verbo ac supra n. 3. constantiam in doctrina sua ostendit

Ad radicem infirmitatis occurrendum.

Cajet.

Bonus magi- ster constans in doctrina.

& propter Nicodemi admirationem non mutare sententiam, & hujus narivitaris nobilitatem aperit, ut recte expendit Chryf. homil. 24. Hic partus excellentior est, nihil cum terrenis communicat, no- mine tantum hae generatio convenit, re longe dif- fert. Formavit Deus hominem ex terra, & aqua; non vile vas evasit, sed deierus factum est: non amplius terra, & aqua fingendum est, sed aqua, & spiritus. Id enim, quod ineptum inventum est, in melius transformandum.

Ex aqua, & Spiritu sancto. His nostrum signi- ficat Baptifmum, exterius ex aqua, interius ex Spiritu sancto cooperante; quod latius erit eno- dandum q. 16. Et in hoc valde diversa est lectio: nam Syriacus, D. Gregor. Nyffen, orat. de Baptif- mate, D. Chryf. homil. 24. D. Ambros. D. Cyrill. Jerof. D. Anastaf. Sinaita, Goffridus, citati in ver- sionibus cum D. Cypriano Epist. 72. & 73. legunt: Ex aqua & Spiritu. At D. August. lib. de peccat. merit. & rem. D. Greg. lib. 3. epist. 53. D. Maxim. hom. 4. in festo Pasch. D. Cyrill. Alex. lib. 2. cap. 42. D. Sedul. in Epist. ad Rom. cap. 10. D. Prosper. epist. ad Demeir. cum nostra Vulgata habent de Spiritu sancto, & omnes sine discrimine de Spiritu sancto intelligunt; ut colligitur ex effectu Baptifmatis, & de illius forma a Christo data: Intra bit in regnum caelorum. Supra dixerat, videre regnum caelorum: modò ait, intrare. Glossa D. Th. Hugo inquit, quod idem est, videre, ac intrare in regnum cae- lorum; nam qui videt, intrat, & qui intrat, videt. Et ideo idem valet hic, intrare in regnum caelo- rum: ac intrare in vitam aeternam, ac salutem aeternam, ut observat D. August. lib. 1. de peccat. merit. contra Pelagian. cap. 30. tamen regnum dixit, quia regni nomen hominum animos maxime allicit, & attrahit. Ad baptismum nos Dominus tanto proposito praemio maxime movet, ac ex- hortatur, cum ipse tamen prius fuerit baptizatus Math. 3. num. 16. Ac discipulos suos Baptifmatis praedcatores constituens, eos prius baptizari de- crevit. Goffridus ferm. 5. de Resurrect. Prius quidem, ait, Salvator noster baptizari voluit, ac postea dixit: Nifi quis renatus fuerit ex aqua, & Spi- ritu sancto. Iftam formam Baptifmi verbo, & exem- plo discipulos docuit suos, quia cum praedicarent alijs, hanc prius observassent in semetipsis. Ex quo habes, quod ad Baptifmum verbo, exemplo, & praemio exhortatur nos Dominus.

QUESTIO XV.

De necessitate Baptifmi, & de tempore, quo incipit hujusmodi necessitas.

EX proximo Joannis verbis recte colligunt omnes Patres, & doctores, Baptifmum esse necessarium ad salutem, atque ad intrandum in regnum caelorum, quod est haereditas filiorum Dei, ac proinde, cum ex peccato nascamur filij irae, necesse est, ut per gratiam baptismalem renove- mur in filios Dei. Hanc Baptifmi necessitatem exprimit Innocentius III. in cap. majores, de Ba- ptifm. Eugenius IV. in Conc. Florent. in decreto fidei. §. Primum omnium, Concil. Trid. sess. 7. can. 5. Et hoc late explicant Theologi cum D. Thom. 3. p. 2. q. 68. art. 1.

Baptifmus omnibus est necessarius, cum hac tamen differentia, quod in parvulis exigitur, ut sit

Chryfost.

Ineptum vi- tandum, & aliud assu- mendum.

79.

Syriacus. Ambros. Chryfost. Cyrill. ierof. Anastaf. Goffrid. Cyprian. August. Gregor. Maximus. Cyril. Sedulius. Prosper.

Gloss. D. Thom. Hugo.

August.

Superioris exemplum multum mo- vet.

Goffrid.

Yafq. Suarius.

82. Quando in- cepit Baptif- mi obligatio. Hugo. Bernard. Fulgent.

Joan. 6.

Math. 28.

re ipsa susceptus, nisi occidantur in odium Chri- sti, quia licet per voluntatem, atque actum chari- tatis mortem ob Christum sustinere non valeant, tamen re ipsa per se fatentur sanguine suo, jux- ta illud Christi Domini: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Pa- tre meo. Ita docent Patres, quos late adducunt Valquius tom. 2. ad 3. part. disp. 153. cap. 7. num. 70. Suarius tom. 3. ad 3. p. disp. 29. sect. 1. Adultis au- tem necessarius est Baptifmus, vel in re, vel in voto: votum autem tunc datur, quando fit aliquid in quo includitur propositum suscipiendi Bap- tifmum, ut si quis occidatur ob Christum, vel actum contritionis eliceat.

De tempore, quo hujusmodi obligatio ince- pit, secundo inquirimus. Aliqui fuere Theologi, ut referunt D. Bernardus epist. 77. Hugo de S. Vi- ctore lib. 2. de Sac. am. part. 6. cap. 4. quibus favet Divus Fulgentius lib. de fide ad Pavum cap. 3. qui existimaverunt, hujusmodi obligationem ince- pisse a tempore, quo Christus Dominus Nico- demo hae verba dixit: Nifi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, &c. Sed certissimum est, quod Baptifmi necessitas non incipit obligare a tem- pore, quo hujusmodi verba dicta fuere; nam hae Christus dixit Nicodemo tanquam amico, & in privato colloquio, ac proinde non erat pro- tunc communis lex promulgata omnibus astrin- gens. Et Christus Dominus hic solum praedixit, quod post sufficientem legis promulgationem futurum erat; sicut quando dixit Joan. 6. Nifi manducaveris carnem filij hominis, non habebis vitam in vobis. Pro tunc non promulgavit pre- ceptum, quia Eucharistia adhuc instituta non erat; sed his verbis indicavit necessitatem, quae pro suo debito tempore futura erat: ita se habuit in Baptifmo; nam post resurrectionem mandavit baptizare omnes gentes, ac formam Baptifmi praecripit: Eun es docete omnes gentes, baptizan- tes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus san- cti. Ac proinde Baptifmus obligavit post suffi- cientem legis Evangelicae promulgationem.

QUESTIO XVI.

Quare nostra regeneratio in Baptifmo stat interveniente aqua, & spiritu sancto?

83.

Trident. Ambros.

84. Fulbert.

DE fide certum est, quod aqua elementaris ut materia nostri Baptifmatis, ut docet Trident. sess. 2. can. 2. Ratio a priori, Divina vo- luntas, ut docet D. Ambrosius lib. 1. de vocat. Gent. Congruentias vero inquirimus; sicut cur hujus- modi generatio tribuatur potius Spiritui sancto, quam Patri, & Filio?

Primo respondet Fulbertus, Episcopus Car- notensis epist. 1. Vide, ait, quid agit artifex miseri- cordiae. Tale sibi invenit tumuli genus, quo sciret peccata sepelire, & peccatorem nesciret obnervare, ut descendente homine in fontem, tanquam in sepulchrum delictorum, reus exiret ad portum, & sola parerentur delicta naufragium. Proinde aqua, & spiritus sociantur causis, & beneficiis sepa- rantur. Requiritur sane in Baptifmatis Sacra- mento aqua propter sepulchram? Spiritus sanctus propter vitam aeternam. Hae similitudinem mortis imitatur, ille veritatem salutis operatur. Mirum Sylvcia in Evang. Tom. 11.

divinae scientiae artificium, ut homo in salutem aeternam, ac regnum caelorum assumatur, exigitur, ut interveniant mors, & vita: nec aliter fit transitus ad vitam, nisi mortis praecedat similitudo; hae autem adumbratur, dum homo emer- gitur aquis, in quibus sepeliuntur, obruuntur, quae peccata; non vero homo cui, ut vivus eva- dat divinus assistit Spiritus. Et sicut ab aquarum praesentia provenit mors; ita ab intuitu divini Pascha- Spiritus vita refultat. Hae tendit Divus Pascha- Rom. 6. sius, dum ponderat illud Apostoli ad Rom. 6. num. 4. Quicumque in Christo baptizati sumus, conscripti sumus cum illo per Baptifmum in mor- tem, ita ait S. Paschasius lib. 2. de Spiritu sancto contra Macedon. cap. 5. Creatura itaque est, quae sepeliendi praestat officium; Deus est, qui beneficium praestat renascendi. Quid distat inter aqua, & Spi- ritus operationem? Per aquam deduci videmur in tumulum: per Spiritum sanctum deduci videmur ad regnum.

Præcedente mortis simi- litudine fit transitus ad vitam.

Creatura dat mortem, Deus vitam.

85. Hugo. Damasc.

Christus vult ut ei conformes, eique summo pete assimilentur, & assimilentur.

Hugo.

Timoth. 3.

Per aquas penitentiæ regeneratur homo.

Hugo.

Osce 8.

86. Albert. Mag.

Cur regene- ratio potius tribuatur Patri, & Fi- lio.

87. Cyril. Alex.

Secundo Hugo respondet cum D. Joanne Da- masceno. Quoniam Christus regenerari fuit du- plicis naturae, scilicet divinae, & humanae: & homo qui regeneratur, est duplicis substantiae, scilicet corporalis, & spiritalis. Unde conveniebat, duo esse in Baptifmo, quorum unum est visibile, & corpora- le, aliud invisibile, & spirituale: corporale autem fuit aqua potius, quam aliud elementum, quia illa propter naturam humoris lavare habet sordes. Christus vult ut ei conformes, eique summo pete assimilentur, & assimilentur. cum ille duplici substantia constituitur, divina scilicet, & humana, ita decrevit, ut nostra fieret regeneratio duplici interveniente entitate, nempe Spiritus sancti gratia, & natura aquaria: a for- dibus ablere solita. Tertio idem Hugo ait quod aqua significat tribulationes doloris, & peni- tentiae: Omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patimur, ad Timoth. 3. num. 12. Er aqua ista sine Spiritu sancto non regenerat; quia tribulatio & asperitas penitentiæ sine Spi- ritu charitate non beatificat. Aliter etiam expo- nit idem Hugo, quod Praelati, ex aqua & Spiritu sancto nasci, & eligi debent: hoc est ex aqua la- chrymarum, & invocatione Spiritus debent eligi Praelati, & non sicut hodie contendendo, ploran- do, & implorando hominum gratiam; quia tunc dicitur Osce 8. n. 4. Ipsi regnaverunt, & non ex me, Principes existerunt, & non cognovi.

Quarto dicitur nostra regeneratio ex aqua, & Spiritu sancto, ut ait Albertus Magnus, quia est lavacrum, qua sicut exterius a sordibus munda- damur, & lavamur, ita in Baptifmo interius per gratiam sancti Spiritus dealbamur mundi ab omni inquinamento peccati. Et hoc tribuitur Spiritu sancto potius, quam Patri, & Filio, cum Trinitatis opera sint indivisa, quia Spiritus sanctus est amor; & hujusmodi gratiae largitio est Spiritus, quae liberalitatis effectus; ibi autem liberalitas proprie reperitur, ubi & amor; de quo multa dixi lib. 1. cap. 5. q. 38. dum explicavi quare Christus dicitur conceptus de Spiritu sancto; & ibi ad hoc vide alias rationes.

Quinto D. Cyrillus Alexandr. lib. 2. cap. 42. ait Cum simplex, sed compositus ex corpore sensibili, & intellectuali anima homo sit, du- pliciter quodam ad generationem indiget modo; Spiritu enim sancto spiritus hominis, aqua vero corpus sanctificatur. Quemadmodum enim viri- bus



bus ignis intensus aqua calefacta, non aliter, quam ignis urit; sic Spiritus sancti operatione ad divinam aqua reformantur virtutem, qua baptizati corpus abstergunt. Omnia Dei sapientia mira dispositione gubernat, & valde proportionate ad ea, quae in creatione sunt facta, in restauratione disponit, & agit, veluti approbans, ac in prima creationis dispositione persistens. Et sicut in primo rerum molimine ex corpore, & spiritu hominem fabricavit; ita in restauratione eum corporali aqua, at divino vivificat spiritu, ac ducit ad vitam. Ait caelestis anima, Surgam, & circumbo civitatem, per vicus, & plateas quarum, quem diligit anima mea. Cantic. 2. num. 3. Per vicus, & plateas; homines intelligunt Divus Gregorius Magnus lib. 26. moral. cap. 8. & homil. 26. in Evang. Beda, Divus Anselmus, & alii Magnum laet mysterium, quod dum bona anima alta divini sponsi consilia & opera quaerere, ac investigare affectat, ad homines confugit ac divertit. Quaram per vicus, & plateas, hoc est, per homines persecutor, ac quaerentia enim, quae pro hominibus est operatus, & sui insecrabilis consilii invisibilia ex visibili hominis operatione patefunt.

Cant. 2.

Alb. Mag.

Beda.

Anselm.

Dei opera

per visibilia

demonstrantur.

Greg. Mag.

QUESTIO XVII.

Quare huiusmodi regeneratio fit in aqua? Rationes peculiare expendo.

88. D. Thom. Aqua proprietates Baptismo affectiones exprimit.

Præter rationes superiori quaestione datas; alias inquiri. Et primò responderet Divus Thomas 3. part. quæst. 66. art. 3. nempe, aquam, convenienter fuisse assumptam in materiam Baptismi, quia suis proprietatibus mirifice Baptismi affectiones indicat: aqua enim sua humiditate lavat; bene exprimit abluitionem peccatorum, quam Baptismus operatur. Et quia aqua sua frigiditate temperat calorem, optime significat hoc Sacramentum, quod concupiscentiæ fomitem temperat. Et quia sua diaphaneitate est susceptiva lucis, bene significat Baptismum, qui est Sacramentum fidei, qua homo illuminatur ad cognoscenda supernaturalia mysteria. Et tandem quia, dum homo aqua submergitur in Baptismo, quasi in sepulchro projicitur, & inde emergens quasi resurgit; optime figuratur renovatio interioris hominis facta per Baptismum, per cuius virtutem vetus homo moritur, & novus resurgit.

89. Cyrill. Jerof.

Secundò D. Cyrillus Jerofolymit. Catech. 3. Si quis inquit scire desiderat, quomodo per aquam potius, quam per aliquid aliud elementum gratia detur, sacras Scripturas relegens inveniet. Magnum quidem est aqua, & ex quatuor mundi elementis apparentibus pulcherrimum. Angelorum habitaculum est caelum; atque ex aquis sunt caeli.

Terra est hominum locus; atque ex aquis etiam terra. Et ante omnem rerum creaturam sex illis diebus distinctionem, spiritus Domini ferebatur super aquas. Principium mundi aqua, principium Evangelii Jordanis, Liberatio Israël à Pharaone per mare facta est; liberatio à peccatis mundi per lavacrum est aqua in verbo Dei. Ubique fœdus aliquod inter Deum, & hominem, ibi & aqua. Post diluvium fœdus percussum est cum Noe fœdus & cum Israele in monte Sinai: verum hæc non sine aqua, & lanarubea, & hyssopo. Elias assumptus est in caelum, & non sine aqua. Optime ergo aqua, quæ tantis præparata erat mysteriis, assumitur in materiam tanti Sacramenti, cum per Baptismum homo ex terra transeat in caelum, à Diabolique liberetur captivitate, & Spiritus sancti habitatio fiat, ac inter Deum, & hominem firmetur fœdus sempiternum. Deinde aqua, quæ tantis ministeriis inservivit digne ut nobiliretur, in materiam tanti Sacramenti assumitur.

Tertiò Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 3. Primis aquis præceptum est, animas proferre. Prius liquor, quod viveret, edidit, ne mirum sit in Baptismo, si aqua animam noverunt. In primo rerum molimine dixit: Producant aqua reptile anima viventis, & volatile super terram sub firma-mento caeli, Genes. 1. num. 20. Inter omnia elementa primo omnium aquis committitur, ut animas viventes producant, quæ tam per undas narent, quam per aëra, ac caeli tractus volitent. Pereleganti igitur ratione aqua in Baptismo eligitur; ut homines regeneret, ac ad caelestia ducat, cum inter elementa aqua extiterit prima productione viventium, ac volatile, ad caeli ambitum primo produxerit, est enim, qui extollatur super cæteros maxime dignus, qui aliquod virtutum facinore primas habet. Vide Tertullianus lib. 1. cap. 2. n. 22.

Quartò D. Zeno ferm. 10. de Judæis. Illorum, scilicet Judæorum, profugus populus per mare rubrum dextera, lavaque undarum suspensibus rupibus pede sicco transivit; ac nostrum mare, quos voluntarios suscepit, feliciter naufragos fecit: interimensque universa peccata, genitali unda submergit, caelestes effecti terram desiderare non norint. Nostra regeneratio fit in aquis potius, quam in alio quocumque elemento; quia hoc eis peculiariter est ingenium, ut terram aqua undis operiant, ac occultent, & generosas ad volandum in caelum aves, ut in prima rerum creatione, producant: nobis enim transitus in patriam præparatur alite, ac Judæis per mare rubrum; nam illi, utpote terreni, divisus undis aperta terra, & sicco in patriam gradiuntur pede: nos vero tanquam spirituales, non aquarum divisione, sed cooperta, atque occulta, omiffaque terra, utpote sublimes volucres, ad volandum, in caelumque eundem præparatur.

Quintò D. Paschasius lib. 2. contra Macedon. cap. 1. Omnes, inquit, quicumque sacro fonte submergimur, mortem, & sepulchram Redemptoris imitamur, sicut ait Apostolus Roman. 6. An ignoras, quia quicumque in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem. Sicut enim ille tridua morte sepulchro conditus fuit, ita & nos in aqua, id est, inter cognata creatura substantiam trina submerfione depositi, dum descendimus, sepelimur; dum emergimur, suscitatur.

Pfalm. 68. Cant. 8.

mur. In aqua Baptismus instituitur; ut hominibus in crucis modum, & figuram sanctificetur emersione, & gratia condecoretur: aqua enim Christi passionem adumbrat, ut patet ex citato Pauli loco, Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Pfalm. 68. num. 3. Aqua multa non poterunt extinguere charitatem. Cant. 8. n. 7. In aqua, seu in umbra passionis Christi cum trina emersione confertur Baptismus: semper enim per crucis vexillum ad nos salus advenit.

93. Pfalm. 103.

August.

Ait Regius Vates Pfalm. 103. num. 25. Hoc mare magnum, & spatiosum; ibi reptilia, quorum non est numerus. Sed cum istius mundi pelagus tot periculis sit plenum, tot animalibus vitam nostram insidiantibus repletum, quomodo, ne in Scyllam, & Charibdim incidamus, nisi ligno navigemus, transietari poterit. D. Augustinus ibi sic fatetur: Repentes tentationes quis muneret? Repunt, sed cave, ne surripiani. Vigiletur in ligno, etiam in aquis in cruce navigamus, etiam in fluctibus tui sumus. Qui enim per hoc procellosum mare ligno crucis navigat, ab omni tempestate, maloque insidante est maxime securus, ut naufragium non timeat. Hac præclara doctrina bene erat instructa pia anima illa, dum dicebat Cantic. 3. n. 1. In lectulo meo quaesivi quem diligit anima mea. Cur sponsa de suo dilecto lectulo, non ad aurem reclinatorium vadit. Ad præcellam Davidis rurrim non ascendit non ad moenia civitatis accedit? Ad hortum, atque convallem aromatum plenum non descendit sed in lectulo persistit, & ibi dilectum inquit? Crucis mysterium in lectulo nitet, ibi enim requievit, qui extra crucem non habuit: ubi caput suum reclinaret; & nullibi melius inquirendus, ac investigandus, quam in cruce, ut omni suavitate inveniat. Et bene sub noctis tenebras, hoc est, horrore mortis quaerit, ut cum Christo reviviscat. Gillibert. Abbas ferm. 2. in Cantic. Durus lectulus illud crucis tua lignum. In hoc ergo nascor, & nutrior; creor, & recreor; & super passionis tuae alicuius memoria mihi nidum libenter recolo.

Cant. 3.

In cruce Christi invenitur.

Gillib. Abb.

QUESTIO XVIII.

Quare in hac generatione aliquod homini non datur adiutorium, sicut in prima eius creatione?

94.

Genes. 2.

Chrysof.

Postquam ad imaginem, & similitudinem suam divinus opifex hominem condidit, statim de eius adiutorio tractans ait: Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Genes. 2. num. 38. At verò, dum Deus ad secundam hic hominis regenerationem per lavacrum aquæ Spiritu sancto cooperante accedit, nullum homini adiutorium concedi video. Quamnam igitur huius discriminis ratio. D. Chryostomus homil. 24. in Joan. Et quemadmodum à principio trium formavit, ita nunc totum creat; & tunc, Faciamus, inquit, ei adiutorium, hic minime. Quippe qui Spiritus sancti gratiam accepit, nulla re indiget. Qui in Christi corpore perficitur, quoniam alio opus est auxilio? In primo molimine, ac generatione ab homine in eadem humana natura adiutorium exigitur similitudo in Evang. Tom. II.

le sibi, ut pressuras obvenientes vincere possit, in laboribusque levamen habeat. At in hac secunda regeneratione, in qua homo Spiritus sancti gratia ditatus una cum Christo incorporatus, quo duce, & comite omnem etsi difficilem viam feliciter conficere valet; nullus alius exoptatur auxiliator. Misericordias multas ex sterilitate provenientes prænuntiat Isaïas cap. 4. num. 1. inquit mulieres: Tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. Optinè sanè; obtento namque Christi nomine mala, ac dedecora omnia conculcantur, D. Hieronymus. Quia in hominibus semper patiebatur opprobrium nullo vivente, ut Spiritus sancti dona poscebant: propterea Iesu nomen sibi cupiunt invocari, ut quod in lege imperfectum erat, in Evangelio compleatur.

Cum Christo & gratia eius omnes vincuntur dignitates.

Isai. 4.

Hieron.

95.

Cruce ad labores superandos auxiliandum præbet.

Daniel. 5.

Machari.

Genes. 38.

Theophan.

QUESTIO XIX.

Quare Baptismus dicatur regeneratio?

Eleganter D. Cyrillus lib. 2. in Joan. 6. 72. rem ipsam explicat. Regenerationem ait, Dominus appellavit; ut etiam ex hoc disceremus, idcirco nos Dei fieri participes; quoniam Spiritum

96. Cyrill.